in prin. aut. itaq3. C. cõmunia de suc. ꝛ in. c. i. cũ gl. de treu. ꝛ pa. Item que no profunt singula multa iuuãt. l. ij. §. fi. ff. de excu. tu. Item etiã intellectũ Bar. qõ nõ adaptet ad istã. l. impugnat. d. Franc. de are. in. l. j. ff. de vul. ꝛ pupil. in. iij. q. principali. Bar. in quarto effectu vulgaris substõnis: mor' vltra docto. fortissima ratione vt ipse dicit. istã tex. hic dicit q; si testator reliquit vxori substantiã suã faciendo eam coheredẽ. multo fortius videtur relinquisse sibi luctuosam hereditatem: que verba de necessitate intelliguñ de hereditate filij. Quod ꝑbat: q; si intelligerent ō hereditate testõris: tũc nõ esset fortior ratio cur mater deberet succedere ex iure accrescẽdi excluso vulgari substituto: sed esset par ꝛ eadem ratio: q; totũ esset substantia testatoris. Quinimo esset minor ratio in excludendo substituto: q; in prima dimidia parte hereditatis mulier fuisset vocata ex iudicio expresso testatoris: ſz in alia parte filij vocaret ex tacito: ex iure accrescẽdi. Unde ne dũ nõ esset maior rõ: ſz nec eadẽ oĩno. vt ergo argumẽtatio iperatoris ꝛ illorum iuris cõsultorũ nõ reddat falsa: necesse est dicere q; hereditas luctuosa intelligitur de hereditate filij: ꝛ tunc bene procedit argumẽtũ a fortiori: q; si testator vocauit vxorẽ ad bona sua, vna cũ filio: fortiꝰ videt eã vocasse ad bona filij que sunt magis debita matri quã bona mariti. Ex hoc manifeste apparet scõm eũ q; intellectus cõis est melior: q; ista. l. loquak in tacita pupillari. Istud est fundamẽtũ cõtra intellectũ Bar. quẽ facit Frã. de are. hic: ſz nõ sic plene. Sunt qui resp̃ondeãt q; imo intelligẽdo tex. totũ. in hereditate maritit: text. in verbo multo magis: ꝛ sic argumẽtũ a maiori, pcedit hoc modo. Pã si pater filio superexistẽte voluit vxorẽ succedere ĩ dimidia hereditatis, ꝛ patrium filium ea priuare, cui iure nature deberet l. scripto. ff. vnde libe. ꝛ. l. cũ rõ. ff. de bo. dam. Fortiꝰ voluit eũ succedere in alia dimidia: non existente filio: quo casu nõ cõtingit priuatio filij propter vxorẽ. Et superest maior rõ pietatis ꝓpter luctuosam matrẽ filij. Ista fol. nõ videt satisfacere: q; cõdito testõ dũmodo filius habeat legitimã suã, põt pr̃ de residuo disponere, put vult: ꝛ relinquere etiã penitus extraneo. l. parẽtibus. ꝛ. l. cũ queritur. C. de inoff. test. Ex quo ergo pater cõdito testõ relinqt dimidiã here. filio suo: certe instituendo vxorẽ in alia dimidia nõ dicit priuare filium aliquo debito. Preterea hereditas patris nõ est debita filio: sed quasi debita. l. ꝛ quals inci. sed q;. ff. ꝓ socio. l. fi. §. finaũt perpetu'. C. de cu. fur. gl. in. l. iij. ꝛ ibi Bar. ꝛ do. C. de iur. ꝛ fac. ig. gl. in. l. si duo. ff. de acq. here. tu potes dupliciter respõdere. Primo qõ in ver. si em. illa argumẽtatio a fortiori est Papiniani cõtra vulpianũ, vnde oriebat dubitatio. ſz impator: tollens hãc dubitationẽ nõ fundat se in hac ratione. ideo de ea nõ est curandũ. sed hec solu. nõ placet. Unde scõo respõde q; argumentatio a fortiori non fit in hoc tex. respectu magis debiti: sed respectu magis p̃sumpte voluntatis defuncti. nõ em fit argumẽtũ ex eo: q; hereditas impuberis magis debeaꝫ matri quam hereditas sui mariti: sed argumẽtatio principaliter fit a maiori coniectura p̃sumpte volũtatis: vt dicit tex. ibi. cum opinabat Papi. ideo testatorẽ voluisse ꝛc. ꝛ ista maior coniectura resultat ex hoc: q; testator magis dilexit vxorẽ q; extraneũ substitutum, qõ probat: q; vxori relinquit partẽ substãtie sue faciẽs eã equaliter coheredum cũ filio: ꝛ sic eã pretulit extraneo substituto: ergo multo fortius p̃sumit voluisse q; in alia parte hereditatis, que obuenit mediãte morte filij: ꝛ sic est luctuosa matri, ratione pietatis, mater ꝓferatur substituto: ita videt clare sonare verba huius litere. Ultra alios cõtra intellectũ Bar. mihi multum stingit nec video reale resp̃õsum: nam si in hac. l. tractatur solum de vulg. substi. prout vult intellectus Bar. Certe nõ video quare mater nõ deberet excludi per tacitã, sicut, alia persona quecũq3 esset cõiuncta testatori, attẽto q; per vulgarẽ succedit testatori: ꝛ sic marito: nõ aũt impuberi filio. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulg. ꝛ pupil. Sed qũ tractaꝫ de successiõe mariti, mater nullũ h3 p̃uilegiũ. ffam illud solũ habet qũ tractaꝫ de luctuosa hereditate filij. l. p̃ecibus. j. tit. j. ꝛ firmat glo. fi. hic in fi. approbata per oẽs: Ego nõ video quare si tractaret de vulgari substitutiõe siue expressa, siue tacita, in hac. l. ista mulier non deberet excludi p substitutũ: ergo tenendus est cõis intellect', q; iste tex. loquaꝫ de luctuosa hereditate filij impuberis, in qua mr̃ est p̃uilegiata: q; tacita substitutio eam nõ excludit. d. l. p̃ecibus. ꝛ ĩtud vltra alios stringit cõtra Barto. ideo nõ recedas ab intellectu cõi. Nec huic fundamẽto obst. si diceres q; glos. fi. infra procedit qñ mater nõ erat data coheres: tunc vulgaris tacita bene eã excludit: secus si esset data coheres: q; dico q; imo illa glos. necessario loquaꝫ qñ erat coheres: vt ibi statim dicã. Aliũ quartũ intellectũ: ꝛ pro certo prima fronte ceteris notabilior: ẽtradidit insignis doctor do. Bar. de raynerijs de perusio ad istã. l. prout eũ referunt doc. perusini hic: q; ista lex tractat de tacita pupillari: vt volunt gl. ꝛ docto. Item tractat de tacita vulgari, vt tenet Bartol. ꝛ dicidit vtrunq3 dubitationẽ ſz q; matre existente in medio nõ ac mitatur substitut' neq3 ex pupillari tacita filio adeũte, neq3 ex vulgari tacita filio se abstinẽte, si mr̃ esset data coheres. istud p̃z ex hoc tex. in fi. dum dicit q; dicta substitutio h3 tiũ locuz in duobus casibus. Primus si posthumus natus nõ fuisset. q; tũc haberet locũ vulgaris expressa. Sc̃o si pubes decessit post mortẽ matris: quia tũc habet locum tacita pupillaris. si ergo impubes mortuus esset superstite matre, non haberet locũ tacita pupilla. vel si viua matre repudiasset, vel si abstinuisset, non haberet locũ tacita vulgaris: sed mater superstes vtroq3 casu ꝓferretur. quia coheres: ꝛ qr magis dilecta testatori, vt. §. fuit declaratũ ꝑm istũ intellectũ. h. d. generaliter. tacita substitutio non excludit matrẽ coheredem: hoc dicit. intellige qñ est oĩno tacita. vt excludatur illa que cõtinetur in breuiloqua vel cõpendiosa. vt hic in glo. fin istum intellectũ videnr̃ cessare ea que adducebantur cõtra communem intellectum. Item que adducebantur contra intellectũ Bar. itẽ hoc modo decisio huius tex. ꝛ eius dubitatio nõ erit vana. item qõ impubes decesserit. Item q; mater esset coheres ista importabãt iuris mysteriũ. Ite vtraq3 substitutio posset cõtineri, tex. nihil dixit de aditione hereditatis, sed solũ quod impubes decessit. Sed ad hũc intellectũ vnũ vꝛget qõ. ꝛ adduxi cõtra intellectũ Bart. q; imo tacita vulgaris debet excludere matrẽ quãuis coheredem: cũ tractetur de successione mariti. vbi nõ est p̃uilegiata. vt hic in glo. fi. nisi diceres, qõ illa glo. non dicat verum. sed cum approbetur per omnes doc. istud dicere nõ esset tutum. vnde teneas intellectum glos. ꝛ communem. Glosl. in verbo prior. diuidit in tres partes princ. In prima declarat tex. In secũda que est ibi, sic ergo no. gl. colligit ex tex. notab. ꝛ istud notabile postea ampliat, siue mr̃ sit coheres siue non. deinde illud limitat. Et sic hec secũda subdiuidit i tres particulas quas signa per te. In tertia ibi: ſz nũquid tacita. glo. formatur qõ. ꝛ bene respondet. In secunda parte glosl. no. qõ nũq3 tacita pupillaris cõrẽta sub expressa vulgari excludit matrem: siue mater sit coheres siue nõ: puto qõ sit ratio, ſz declaratum nõ inueniãt: nam debes scire quod lex dispensatiue permittit patri cõtra regulas iuris qõ possit facere testũ ꝓ filio suo pupillo, illi substituendo pupillariter: q; substitutio pupillaris est testũ pup. l. patris ꝛ tiã. ff. de vulg. ꝛ pup. itẽ permittit q; possit substituere filio pupillo quẽcunq3 extraneum, ꝛ excludere matrẽa luctuosa hereditate filij sui pupilli sine cã, qõ ipse filius nõ posset. l. papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic testa. cap. si pater. de testa. in. vj. vnde cũ iste tales dispensationes[a] sint cõtra ius: ꝛ sic odiose per oĩa sunt restringende. c. j. in fi. de prebẽ. in. vj. glo. in. c. ordinarij. de offic. or. in. vj. ideo sequit qõ quando pater facit expressam pupillarẽ, illa bñ excludit matrẽ: sed nõ tacita. q; in istis dispensationibus contraius, ꝛ sic odiosis non sufficiunt coniecture ꝛ interpretationes. vt iuribus prealle. Ex ista ratione infero tria. primo q; falsa est opinio Fulgo. que proxime sequit. ꝛ ita cõmuniter reprobatur. Sc̃o infero rationem quare expressa pupil. excludat matrẽ, ꝛ non tacita. de qua dubitabat Bar. ꝛ doc. in. l. cũ turio. ff. de vulg. ꝛ pupi. tertio infertur quare secus in tacita vulgari vltra rationem glo. hic est verũ q; Raph. Fulg. hic tenet q; imo substitutus ex tacita pupillari excludit matrem, nisi mater esset coheres: vt hoc tex. Sed in cõtrariũ stringit tex. in. d. l. p̃ecibus. vbi mater nõ erat coheres, ꝛ tũ ex tacita pu. nõ excludit. Fulg. conatur respondere ad illũ tex. sed diuinat. ꝛ ante eum illã sentẽtiam posuit Ange. hic, ꝛ istam. q. examinãt plene Pau. de castro ꝛ Aller. hic: sed q; pendet ab intellectu. l. p̃ecibus. j. titu. i. ideo ibi dicã. In vltima parte gl. habes duo notare. Primo qõ tacita vulgaris contenta sub expressa pupillari matrẽ excludit, ꝛ in hoc omnes approbãt gl. Sed aduerte q; ẽstio gl. debet necessario intelligi in terminis. l. nostre, quãdo mater erat data coheres alias esset fatua dubitatio gl. nam quis dubitaret qõ in successione mariti mulier non debet contẽdere cum substituto ex quo mulier non venit ad successionẽ mariti nisi vltimo loco, quãdo nõ essent agnati vel cognati: vt. l. j. §. vnde vir ꝛ vxor. vt ergo questio gl. nõ sit vana, oportet p̃supponere, quod mater erat coheres. ꝛ sic per ius accrescendi volebat aliam partem. ꝛ ita in specie declarat Rapha. hic. in. iiij. col. ꝛ bñ. Scõo habes ex glo. quod quemadmodum per vulgarem expressam succeditur testatori, ꝛ non in bonis impuberis, nec impuberi: eodẽ modo per vul. tacitam contentam sub expressa pupil. succeditur marito. non aũt impuberi. ꝛ licet Dy. ꝛ aliqui in hoc tenuerint contra. tamen ista est vera ꝛ communis sentẽtia: vt plene firmat Bar. in. l. j. in prin. i. iij. q. prin. i ꝑ. ite ꝛo an tacita vulgaris cõprehẽsa in pupillari expressa. Bal. ꝛ Sali. hic. ꝛ Bal. in. l. quedã eulogio. in. vij. col. C. de inre delib. ꝛ per hec est expedita ista lex.

De impuber. ꝛ aliꝭ substitu. Rubrica.

Capio gl. Rubrice que licet breuis, tamen diuiditur in tres. In prima

[a] Dispensationes. Adde But. in. c. cum in cũctis. in. §. cũ Xo. ō elec. Alex. ō imo. 2ꝑ. xxxix. incip. viso statuto. in. iij. col. i iij. vol. idem Alex. cõs. cxxij. ici. viso pũcto ꝛ accurate ponderato. in vlti. col. i. iij. vol.

In prima declarat rubricam quo ad primam partem: quod idẽ sit dicere de impub. substi. ac si dixisset de pupillari: prout dicitur in rubri. ff. eo. Dicit ergo opportune potest queri cum imperator hic dicat de impuberũ: ꝛ iuris cõsultus in. ff. ꝛ imperator in insti. dicant de pupillari substitutiõe: que sit magis propria rubrica: an congruentius dicatur de substitutione: impub. an vero de pupillari: ꝛ puto quod attenta proprietate vocabuli melꝰ stat rubri. ista de impube. substi. per. l. pupillus. in prin. ff. de ver. sig. In secunda gl. declarat secundam partẽ rubrice. In tertia ponit vnum dictum quod multe sunt substitutiões. adde vt per gl. in. §. qua ratione. instit. de pupilla. substi. ꝛ in. c. Raynu. de testa. ꝛ in. c. si pater. e. tit. in. vj. ꝛ aliqualiter Bal. Sal. ꝛ alios der. hic. ꝛ tertigi in euidentialibus. l. in testamẽto. la. j. §. de testa. mili. ꝛ quia gl. nõ continuat rubricam. Bar. cõtinuat vno modo sed melius Ly. ꝛ Salyc. hic. Jason Papie.

1 Partes adiecte in institutionibus primis intelliguñ etiã in substitutionibus repetite: intellige tamen vt infra. nu. 2.

Cam heredes. Partes adiecte in institutionibꝰ primis intelliguntur etiã in substitutionibꝰ repetite. h. d. ꝛ gl. ponit casum ꝛ rõ est: q; sicut testator eos dilexit in institutiõe rita etiã p̃sumitur in substitutionibus diligere. ꝛ dicit Bar. et Ang. hic qõ istud procedit ex interpretatione declarantis[a] sicut in. l. si seruus. §. fi. de leg. j. non aũt extẽsiua: vt. l. talis scriptura. §. fi. eo. tit. volunt dicere quod qñ verba testatoris ꝛ mens cõueniũt, ibi nõ fit extẽsio: sed declaratio. ſz si verba repugnãt mẽti testantis congruit, ibi fit extẽsio. ꝛ illud tũc pcedit ex interpretatione extensiua, nõ declarativa: ꝛ cuius veritatis sit, declarat Bar. in. l. oẽs populi. in. vj. q. prin. ff. de iusti. ꝛ iure. adde etiã qõ regula huius tex. non solum procedit in substitutionibus directis: ſz etiã in fideicõmissarijs: vt patet in legibus in gl. allega. ꝛ est text. in. l. lucius. §. pater. ff. ad treb. intellige tamen sane dumodo instituti ex institutiõe partes suas acceptẽtaꝫ si nõ acceptarent ex institutiõe, nõ veniret ex substitutione. l. qui plures prima. vbi gl. ff. e. vbi tex. not. Pau. ꝛ Alex. plicalitas limitatiões dicam in gl. Ite ad istã. l. adde quod decidit Bar. in. l. fin. ff. ad treb. ꝛ in. l. lucius. in penul. col. in fi. ff. de vul. ꝛ pupil. Glosl. j. dividitur in quatuor. In prima ponit casum ꝛ exẽplũ in hac. l. ꝛ alle. cõcordã. In secũda infert ex tex. In tertia per viã limitationis removet ẽstiũ. In quarta p viã limitatiõis removet aliõ. sed a ibi: sic ergo p̃ta volũtas. tertia ibi: ité hoc verũ. quarta ibi: ité secus. In prima parte oum glo. vtitur verbo accrescent. ꝛ sic p̃supponit qõ in hac. l. heredes admittant ex iure accrescẽdi, nõ substi. inepte loquitur: aut saltẽ large: q; cũ sit hic facta expressa substitutio: ꝛ sic expressa, pulso testatoris cessat ius accrescendi: vt dixi in. l. fi. §. cit. j. vtilitas est q; ius accrescẽdi non põt ꝑmitti: sec̃ in substitutione. intelligendo tamẽ vt dicã in. l. testõ. j. eo. Item ius accrescẽdi trãsmittitur nõ substitutio. l. si ex plurib'. ff. de suis ꝛ legi. vbi tex. not. iproprie. ergo dicit gl. accrescẽt.

Ex aliꝭ partibus gl. habes duas fallentias ad regulã huius l. Tu aũt vt perfecte habeas istã materiã facit sex casus aliqñ pluribus institutis substitutio fit nominibꝰ appellatiuis: aliqñ propriꝭ, aliqñ mixtim. aliqñ fit nolꝰ indiscretis. aliqñ quidam substituitur nobis propriꝭ, ꝛ quidam appellatiuis. aliqñ sum' in dubio. Primo casu qñ substitutio fit nolꝰ appellatiuis: exemplũ, testator plurib' institutis dicit si contingat aliquem ex heredibus institutis non esse heredẽ, alios heredes meos ei substituo. ecce ibi heredes meos. vnde ꝓbis appellatiuis: ꝛ ita pcedit regula hui' tex. qr ifti sic simpliciter substituti sunt, facta assignatione partium, intelliguntur substituti pro tot partibus pro quot erant instituti: vt hic cum concor. in gl. alle. Fallit nisi in substitutione esset omnibus equaliter onus iniunctũ: qr rõne oneris equaliter iniuncti p̃sumunt equaliter substituti: non attentis partibus institutionum. l. quoties. ff. ad treb.

Secũdo no. limita, nisi aliquis[b] ex istis heredibus essent conjuncti a testatore re ꝛ verbis: vt qr testator in prima institutiõe duos simul ꝛ cõiunctim instituit in parte. nã ſz postea heredes adiunicẽ substituat: tũ si vnus ex istis duob' cõiunctus decedat, admittitur pro alius cõiunctus: sed si ambo decederẽt tunc alij admittitur pro aliis cõiunctis: sed si ambo decederẽt tunc alij heredes equaliter admitterentꝫ. text. est sing. in. l. coheredi. §. qui discretas. vbi Ray. Rico. de neapo. Bal. ꝛ alij. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ ista est cõmunis. ſz aliqui cõtra: de quo vide Bar. in. l. lucius. in vlti. q. ff. de vulg. ꝛ pup. Bal. Ang. Sali. in. l. in testamẽto magna. §. de testa. mili. Ray. ꝛ Bal. in. l. iam hoc iure. ff. de vulg. et pup. vnde regula huius l. pcedit nisi coniunctio aliud inducat. ꝛ intellige de cõiunctiõe facta ꝓpter dispositionẽ testatoris, nõ aũt de coniunctione sanguinis, vt quia essent duo fratres. l. lucius de coniunctione sanguinis, vt quia essent duo fratres. l. lucius aũt

amplia regulam. l. nostre. ꝛ ad istam distinctionem vide Bal. in d. l. turpia. §. fi. ꝛ ibi Doder. Ang. de are. in. §. ꝛ si ex disparib⁹. instit. eo.

Jason Papie.

1 ☞ Breuiloqua substitutio facta personis imparibus cõtinet vulgarem substitutionem, que vtriq; conuenit: sed non pupilla rem, quia maiori non congruit.

2 Si testator instituat filium impuberẽ, ꝛ alium extraneum maiorem: deinde eos adinuicem substituat: sub ista breuiloqua facta istis imparibus continentur vulg. tantum.

2.

Hereditatem. Diuidit in tres. In prima ponitur decisio, In secunda respondetur tacite obiectioni. In tertia ponit rõ decisiõis. sed a ibi: substitutio em. tertia ibi: q; ipso ꝛ alos. ¶ Substitutio breuiloqua facta per hec ẏba vos inuicem substituo personis imparib⁹: quarum vna sit impubes: intelligit in casu qui possit vtriq; cõuenire: ꝛ sic tunc nõ cõtinetur pupillaris q̃ soli spueri ꝛ nõ alĳ posset conuenire. h. d. sm cõem intellectum, sm quẽ querebat in hac. l. de pupillari substitutiõe: an per eã mr excluderet. ꝛ ita in specie declarant Ang. ꝛ Sal. pau. ꝛ Alex. hic. Sed duo fortiter vrget Ja istũ cõem intellectũ. Prio tex. ibi: ad tpa pubertatis. Ergo ptz q̃ non tractatur de pupillari: q; p pubertatẽ excludit. ꝛ exponere tex. p; out facit Pau. pubertatis. i. impuberis est destruere text. ꝛ exponere albũ p; o nigro. Jdeo Odof. ꝛ Alex. hic dicunt q; tex. vult denotare tpe pupillaris etatis, vsq; ad pubertatẽ: ꝛ sic subaudienda est dictio vsq; a. Secũdo obĳt. q; nullibi in hoc tex. dr de pupillo, ꝛ p hoc videt etiã q; Ang. in lec. Perusi. Pau. ꝛ Alexã. hic nõ bñ põderat istũ tex. in ẏbo intestati q; pupill⁹ dicat hinc status decedere, cũ vt dixi de pupillo in tex. verbũ nullum. imo tex. vult ẓ istũ in ẏbo ad tpa pubertatis. ꝛ iõ vr q; potiꝰ tractet in hac. l. de substõne fideicõmissaria. q̃ durat q̃cũq; moriat filiꝰ: ꝛ ẏrat an per eã veniat substituꝰ mortuo filio post tpa pubertatis: ꝛ istũ intellectũ innuit Barto. hic in casu notabili, in quo dicit se consuluisse: dũ dicit q; in breuiloqua substõne tali casu non continetur fideicõmissaria: q; hũc tex. ꝛ vere multũ me turbat dictio pubertatis. in tex. posita: nã p cõ intellectu pondera duo, p; que necessario intelligit text. q; filiꝰ decesserit ipubes. Primo q; hoc tex. dubitat de hereditate ipsius filĳ: vt dicit tex. ibi hereditatẽ quidẽ intestati filĳ: sed i hac. l. tractaretur de substitutione fideicõmissaria, p eã nõ succedit filio: ẓ solũ testator: ꝛ sic in bonis pris. l. coheredi. §. cũ filie. ff. e. ergo ptz q̃ hic filius mortuus est pupillꝰ: q; solũ in pupillari substõne tractat de hereditate pupilli. Sedo sm cõem intellectum suadet rõ decidẽdi in tex. ibi q; ipso ꝛ alĳs nõ eiusdẽ cõditionis ꝛc. ex qb⁹ verbis ptz q; alter erat pupillus, alter maior: ꝛ sic nõ eiusdẽ cõditiõis. cõsidera tũ ꝓpter dictionẽ pubertatis, super qua dubito multũ. ¶ Iflota tenẽdo cõem itellectũ. q; breuiloqua substitutio facta personis imparib⁹ b cõtinet vulgarẽ substõnem q̃ vtriq; ꝛuenit: ẓ nõ pupillarẽ: q; maiori nõ cõgruit. ꝛ sic vna determinatio respicies duas psonas dz facere determinationẽ eã liter. q̃ vtriq; possit cõuenire. vt hic. ꝛ in. l. i testõ. la. ẓ. §. de testamilit. ꝛ ex hoc habes correlarie q; inequalitas psonarũ impedit vt nõ cõtineat substitutio q̃ vni pson posset cõuenire: sed non alĳ. Adde sec⁹ esse in ẽlitate portionũ: vt. l. ĳ. §. ꝛ. l. q plures. la. ẓ. l. fin. ꝛ. l. coheredi. §. ex his verbis. ff. eo. declarat Bar. in. l. cum ius. in. vĳ. col. ff. e. Similiter nec inequalitas etatis ipedit ambas substõnes cõprehẽdi sub breuiloqua. d. l. lucius. ꝛ Ang. hic ꝛ cõfirmat: q; bonũ est arg. de re ad tps ꝛ eẓ. l. miles ita hr̃dẽ. ff. de testa. milit. ¶ Secũdo not. vnũ ad quod Bart. multũ notat hũc tex. ꝛ dicit se ita cõsuluisse: q; si testator instituat filium impuberẽ, ꝛ aliũ ẽt extraneũ maiorẽ: deinde eos adinuicẽ substituat: sub ista breuiloqua facta istis imparib⁹ continet vulgaris tm: vt dicit in tex. ibi: in vnũ casum dũtaxat. Ergo apparet q; tm: vt dicit in tex. ibi: in vnũ casum dũtaxat. Ergo apparet q; tm nõ cõtinent fideicõ. substõnes: ẓ fideicõmissaria posito vtriq; cõuenire, ꝛ ẏba ꝛ psona nõ repugnẽt. de quo dixi, ꝛ dubitaui i. d. l. in testamẽto. la. ẓ. §. de testa. milĳ. ex quo q̃tũ ad fideicõmissariã sunt persone equales: sicut q̃ ad vulgarẽ. Dic vt ibi. vbi limitaui verũ, q; breuiloqua fit simplr: sec⁹ si adĳciat q̃cũq; puta q̃cũq; alter vestrũ decesserit vos inuicẽ substituo: ꝛ ibi multa allegaui: sed hoc ideo dixi vt caueas, ne verba Bar. hic te decipiãt dũ dicit: ꝛ q̃cunq; vnus decesserit. ꝛ sic adiecit verbũ q̃cũq; ꝛ tũ vult q; nõ contineat fideicõmissaria: q; Bar. dũ ponit exẽplum breuiloque, nõ ponit dictionẽ quãdocũq; licet postea ĵ. ad maiorẽ declarationẽ dicat: ꝛ q̃cũq; vnus decesserit: causa ostendendi quãdo fideicõmissaria locũ habeat. Jason Papie.

1 ☞ Si institutus prio loco veniat ab intestato, cũ deberet ex testa. venire, facit vt substitutus vulga. admittatur.

2 Substitutus excludit omnes venientes ab intestato.

3 Illa verba si heres non erit, posita in pupillari substitutiõe, intelliguntur si heres non erit scilicet ex testamento.

4 Exclusus ex testa. potest tamen agere ad suum creditum.

5 Filius qui renunciauit hered. patris ex testa. vel ab intest. põt legitimam suam petere.

3.

6 Si pater leget aliquid filie prio omni eo qõ cõseq posset. ꝛ iubẽs eam esse contentam ꝛc. licet filia tale relictum simpliciter acceptet, per hoc non prohibetur petere supplementum legitime.

Heres instituta. Qui repudiat ex testõ facit locũ substituto. tũ creditũ nõ phibetur petere. h. d. ¶ Flot. qõ si institutus primo locoveniat ab intestato, cũ deberet ex testamẽto venire, facit vt substitutus vulgaris admittat. Hinc prio intellectu tex. quero quid si institutus primo loco repudiat successionẽ ex testõ de iure pretorio, quo casu põt tamẽ de iure ciuili vsq; ad. xxx. annos ex testõ succedere, nũquid ista. l. habeat locum, vt substitut⁹ admittatur. gl. in. l. fuũ. ĵ. de iure deli. tenet quod sic. ẓ oẽs eam ibi reprobãt. ꝛ Bar. in. l. ĵ. in pe. col. ff. e. ꝛ in. l. nec is. ff. de acqui. here. ꝛ Pau. hic: q; quãdiu institutus põt venire ex testõ aliquo iure ciuili vel ꝓtorio, nunq̃ admittit substituꝰ. l. quãdiu. §. j. ff. de acqui. her. ꝛ de re. iur. l. quãdiu, nec ob. iste tex. quia aduerte quod hic filia nõ solũ omisit ex testamento venire, sed ab intestato expresse succesit. quo casu intelligitur renũciasse omni testamẽtarie successioni. ideo tũc substitutus admittitur. ¶ Secũdo noto q; substitutus excludit omnes venientes ab intestato: q; quãdiu põt ex testõ succedi, et sic quãdiu potest habere locũ expressa dispositio testatoris. nũquã ab intestato succedit, ꝛ sic nunq̃ hz locũ. puisio. l. saluo nisi testator sustinuerit aliquẽ in casu in q̃ legitimi nec ex testõ, nec ab intestato succederẽt. tex. est sin. in. l. si qs ita heres ĩstituat fit legitimus. ff. de here. instit. vbi doctor. ꝛ Bald. Ang. ꝛ alĳ hic.

3 ¶ Tertio no. secundũ Bar. q; illa verba si heres nõ erit, posita in pupillari substitutiõe: intelliguntꝫ si heres nõ erit. l. ex testõ: patet q; nõ sufficeret q; ab intestato succederet. vt hoc tex. credo quod Bar. sit corruptꝰ. ꝛ debeat dicere i vulgari, vbi magis cõgruit quã in pupillari. ¶ Quod noto ex scõa pte tex. qõ excluso testõ põt tũ agere ad suũ creditũ. vñ facit iste tex. sm Cyn.

4 5 Alb. Bal. Sal. ꝛ Mod. hic, ꝛ q; si filiꝰ renũtiauit hereditati patris ex testõ vel ab inte. tũ põt legitimã suã petere. de quo dic vt per Bar. in. l. ĵ. in princ. in. iĳ. q. prin. ff. de vul. ꝛ pupil. ꝛ in. l. gerit. in. iĳ. q. principali. ff. de acqui. here. cũ multis cõcor. de quibꝰ per Alex. hic. ꝛ ponit late Lud. in. l. ĵ. ff. de acqui. here. ꝛ facit: q; in omni generali renuntiatione nunquam filius intelligitur renuntiasse legitime, nisi de ea specialẽ mẽtionẽ faciat. ꝛ Hinc est qõ si pater leget aliquid filie prio oi eo qõ cõseq posset. ꝛ iubens eam esse cõtẽtam ꝛc. licet filia tale relictum simpliciter accepet, per hoc nõ prohibetur petere supplementum legitime. quia vt dixi legitime per talia verba nõ censetur renuntiatũ. tex. est sin gu. in. §. ceterũ. in aut. vt cum de ap. cog. quem. notant Bald. et alĳ in. l. si qñ. §. fi. ff. de inof. test. dixi in. l. quoties. ff. de here. instit.

1 ☞ Si testator facit vulga. substitution ẽtantum, non potriget etiam ad pupilla. tacite, nec econtra.

2 Sub expressa vulgari continetur tacita pupilla. ꝛ econtra, ex interpretatione extensiua.

3 Pupilla. que continetur sub expressa vulga. dicitur omnino tacita ꝛ econtra. secus tamen est in pupilla. vel vulga. q̃ continet sub breuiloqua.

4 Vulga. tacita sub expressa pupilla. licet excludat matrẽ impuberis. tamen tacita vulga. cõprehensa sub expressa pupillari nõ excludit matrem testa.

5 Tacita pupilla. contra sub expressa vulgari excludit etiam matrem, nisi quando est mater coheres.

6 Si vulga. fiat duobus personis simul, cũ nõ possit fieri nisi mediante copula, licet vnus eorum nõ sit heres: tamen non admittitur substitutus.

4.

Quãuis placuerit. Diuide ĩ tres. Jn prima premittit regulam anteq̃ veniat ad deci. casus propositi. Jn scõa ponit fallentiã ab illa regula ibi, si modo nõ ẓuã. Jn tertia ex pmissis ponit decisionẽ principalis qõnis ibi, cũ tũ. pponas: ꝛ sic in figuratione casus incipias ab hac tertia. Jn expressa vulgari cõtinet tacita pupillaris, nisi volũtas testatoris refragef. q; colligit ita esse qñ sit psonis imparib⁹. h. d. ꝛ differt ista. l. a. l. ĵ. §. e. q; ibi loquit de breuiloqua facta psonis iparib⁹, sed hic de vulgari facta psonis imparib⁹. Et ex hoc colligit secũda differentia q; substitutiões que continent sub breui loqua non sunt omnino tacite, ẓ non sint expresse verbis specialibus, tamen sub generalitate verborum cadunt, sed pupillares que continent sub expressa vulgari sunt omnino tacite: nõ solũ verbis specialib⁹, ẓ generalib⁹. q; patet: q; verba vulgaris que concipiuntur si heres non erit, de directo repugnant pupillari: que regulariter concipitur si heres erit ꝛ moriatur in pupillari etate, que

1 etate, que omnia plenius declarabo in. l. precibus. ĵ. eo. ¶ Flo. regulã magistralẽ in tota materia substitutionum: q̃ si testator facit vulgarẽ substitutiõnẽ tãtũ: tũ potrigit eã ad pupillarem tacite ꝛ econtra. Hinc dr q̃ sub expressa vulgari continet tacita pupillaris: ꝛ econtra. cõcordat. l. iam hoc iure. ff. eo. tradũt Bart. ꝛ alĳ in. l. gallus. §. ꝛ quid si tm. ff. de libe. ꝛ posth. vbi respondent obiecto q̃ posset fieri, q; casus omissus a testatore debet haberi prio omisso. l. cõmodissime. ff. de libe. ꝛ posth. l. si cũ dotẽ. i pri. ff. so. ma. dic prout ibi per eos. ¶ Jsta regula fallit quatuor modis, quoꝝ duos habes hic i tex. ¶ Primo nisi appareat de volũtate cõtraria testatis: vt etiam dr in. d. l. iam hoc iure. §. pe. ꝛ fi. ꝛ no. diligenter qõ ad probandũ cõtrariã volũtatẽ testatis. i. qõ noluerit sub expssa vulgari ẽtineri tacitã pupillarẽ, ꝛ cõtra: duo testes sufficiũt: ẓ videat q; de probãda volantate testantis. ita Bal. Ang. ꝛ Sali. hic. Bar. in. l. ĵ. in prin. ver. quero ꝛ reuoco in dubiũ quot testes. ff. eo. Bal. ꝛ ibi Ang. Sal. in. d. l. precibus. facit gl. not. in. l. heredes palã. §. si quid post. i verb. posse. ff. de test. ꝛ que dixi in. l. ĵ. §. de bon. pos. sm tab. ꝛ satis[a] dr probari de volũtate testatis. qũ, pbaẽ q̃ testator: posuit taxatiuam dũtaxat, ꝛ similes. sm Hulg. ꝛ Alex. hic ꝛ idẽ tenet Sal. in. d. l. precib⁹. p illum tex. in verbo tantũ. sed sm Alex. hic. ille tex. non pbat: q; illa sunt verba imperatoris nõ testatoris. vñ sm eũ istud pbat. d. l. iam hoc iure. ꝛ ibi hoc ponderat Pau. sed etiã ibi sunt verba tex. noui testatoris. ¶ Sedo fallit regula in hoc tex. qñ vulgaris substitutio sit personis impuberibus. ¶ Tertio fallit qñ testator expresse prouidit de substituto: ꝛ in casu vulgaris ꝛ pupillaris substõnis. l. cũ ex filio. ĵ. filio. cũ gl. not. in verbo ꝛ alius. vbi Bar. ꝛ doct. notant. ff. eo. glo. ꝛ oẽs hic. ¶ Quarto singulariter fallit qñ adesset statutũ in ciuitate q̃ verba testatoris intelligerenf ad literam, prout iacent, tũc nunq̃ sub expressa vulgari continet tacita pupillaris nec econtra: ita sing. Bal. in. d. l. precibus. in. v. col. ꝛ sequit Alex. in. d. l. iam hoc iure. ꝛ i. l. post additã. ĵ. eo. sed Jmo. hoc reprobat in. c. Rayn. in materia pupillaris. de testa. eo. q; per illa verba statuti, q; testamẽta intelliganf put iacent, intelliganf tm reiecte friuole interpretationes: nõ autem legitime. ꝛ sic a iure approbate. vt in text. nostro. ꝛ vltra eũ facit regula q; statuta recipiunt interpretationẽ passiuã a iure cõ. l. ĵ. cum si. C. de nox. tene limitationẽ Bal. q; ẓ Bar. in. l. oẽs populi. ff. de insti. ꝛ in. in pe. col. dicat id qõ dicit Jmo. q; solum friuole interpretationes intelliguntꝫ reiecte: tũ illa doctrina Barto. recipit multas limitationes: ꝛ inter illas vnã quam ponit in. l. ĵ. in. ĵ. col. C. de patribus qui filios distrahe. nisi statutũ diceret, vt ꝓxime retuli, q; verba intelliganf ad literã, put iacẽt. nã id dicitur ad literã. qõ põt oculis corporeis videri. l. j. in pn. ff. de his q; in testõ delẽ. ergo nõ venit hoc qõ nõ põt legi in litera. ¶ Secũ

b 2 do diligẽter põdera tex. b in verbo porrigi. sm Ange. hic ꝛ qõ regula que ẓ q; sub expssa vulgari ẽtinet tacita pupillaris ꝛ econtra, ꝓcedit ex interpretatione extensiua: vt ꝓbat illud verbũ porrigi. qõ est idẽ qõ extendi. ꝛ est tex. in. d. l. iam hoc iure. nõ aũt, p cedit ex interpatione declaratiua. ratio est: q; illud dicit venire ex interpretatione declaratiua: qñ mens testatoris cõgruit, ꝛ verba non repugnãt. vt dixi. §. in. l. i. sed in ꝓposito mẽs testatoris presumpta bene colligit, q; sub expssa vulgari cõtineat tacita pupillaris ꝛ econtra: vt hoc tex. tũ verba repugnant: q; verba vulgaris repugnant pupillari ꝛ econtra: ergo stat bene q; hoc venit ex interpretatione extensiua, nõ aũt ex declaratiua. Et vtilitas stat ex verbis Bar. in. d. l. oẽs populi. in. vi. q. principali. q; si statutũ ciuitatis reiecit oẽs interpatiões itelligeret reiẽcere interpatiões extẽsiuas, nõ declaratiuas: q; qui declarat nihil dat. d. l. heredes palã. §. si qs post. ¶ Hinc infero q; fubstõnes que cõtinent sub breuiloqua veniũt ex interpretatione declaratiua: eo

3 q; mens ꝛ verba patiunt. ¶ Sedo infero q; pupillaris que cõtinet sub expssa vulgari dr oino tacita, ꝛ econtra: secus est in pupillari vel vulgari que cõtinent sub breuiloqua. vt dicã in. d. l. precib⁹. intellige q; dixi q; vulgaris que cõtinet sub expssa pupillari dr oino tacita: q; verba pupillaris, repugnãt vulgari: vt sit verum qñ pupillaris expressa est facta hoc modo, si filius me⁹ pupillus heres erit, ꝛ in pupillari etate decesserit, substituo titium: tũc pupillaris facta per hec verba, si heres erit, ꝛ cõprehẽdendo vulgarẽ substitutionẽ: illã vulgaris erit oino tacita: ẓ si testator non posuisset ver bũ si heres erit: ẓ dixisset in stino filiũ meũ pupillum: ꝛ si decesserit in pupillari etate substituo catiũ: tunc cõtinerent due substitutiões ꝛ ambe essent expresse: sc̃z expressa pupillaris, ꝛ expressa vulgaris: q; ista verba, si decesserit in pupilla ri etate, recipiunt equalr vtrũq; sensum, sc̃z si decesserit in pupillari etate hereditate non adita: vel si decesserit. adita hereditate: verba vtrũq; patiunt, ꝛ nil repugnat: ergo ambe substitutiones vulgaris, ꝛ pupillaris, sunt expresse: ꝛ ista nõ erit pupillaris expressa: imo erit cõpendiosa limitata ad tps pupillaris etatis. ita singulariter Bal. in. l. precib⁹. in. xvĳ. co. ĵ. e. ꝛ ibi Pau. in. v. col.

summe extollit, ꝛ dicit q; ita consuluit Florentie cũ multis doc. magne autoritatis, ꝛ illud dictũ refert ꝛ sequit Card. Flo. in. c. Raynutꝰ. de testa. Et ex hoc habes notare q; mentio pupillaris etatis habita in substitutione, nõ arguit q; sit pupillaris substitutio. ꝛ sic ẓ testator: dixerit si filius pupillus moriat in pupillari etate, tale substitutio. ista verba conueniũt pupillari etati, tũ non sequit est pupillaris, cũ et conueniant vulgari. ad hoc ergo vt sit pupillaris, in specie, requirunt duo, q; dicat. si heres erit ꝛ moriat in pupillari etate, tale substitutio. isto casu non est nisi pu

a pillaris expressa, ꝛ tũ pupillaris substitutio põt fieri, ẓ pupillus a ☞ Et satis. ade hinc ꝛ tertie fallentie decium consil. cccxv. superioribus diebus. Pur.

4 non sit heres. vt dixi. in. l. fi. §. ti. j. ¶ Sedo habes ex hac differentia notabile effectũ: q; vulgaris tacita sub expressa pupillari, ẓ excludat matrem impuberis, ꝛ sic vpore testatoris, vt ẓ gl. approbata in fi. gl. l. fi. in fi. vbi dixi. §. tit. j. tũ tacita vulgaris cõprehensa sub expressa vulgari non excludit matrẽ testatoris. ita sing. Bar. in. l. j. in prin. ff. de vulg. ꝛ pupill. in tertia. q. quarta. q. prin. in quarto effectu. in fi. tũ si esset expressa vulgaris excluderet ẽt matrẽ testatoris. ꝛ sic videas magnã vtilitatẽ an vulgaris sit tacita vel expressa. tũ decisio principalis Bal. in. d. l. precib⁹.

5 reprobat per Alexã. ibi vbi dicã. ¶ Tertio noto ex tertia pte tex. secundũ Fulgo. ꝛ Pau. hic videritur. prio opinione nouissimorum. l. do. Christo. ꝛ Fulg. qõ imo tacita pupillaris cõtenta sub expressa vulgari excludit etiam matrem, nisi qñ mater est coheres, vt in casu. l. fi. §. ti. j. Et induco tex. nã hic fuit facta expssa vulgaris, ꝛ dr hic ꝙ expressa vulgaris non continet tacitam pupillarem que excludat etiã vpore testatoris: q; substitutio vulgaris simul ꝛ semel fuit facta filio impuberi, ꝛ vpori, ꝛ sic impari b ☞ Põdera tex. adde Jas. in. l. pcibus. ĵ. no. ĵ. eo. Purp.

bus, ꝛ ppter imparitatẽ personarũ, dicit tex. q̃ sub expssa vulgari non potuit contineri tacita pupillaris que excluderet matrẽ. ergo si nõ fuisset imparitas personarũ, sub vulgari cõtineret tacita pupillaris, que habuisset excludere ist am eliã. ergo hic est tex. q̃ sub expressa vulgari ẽtinet tacita pupillaris ad excludẽdũ matrẽ pupilli. nisi imparitas, phibuisset. rndẽt Ful. ꝛ Pau. hic ꝛ sibi ascribit Alex. in. l. fi. circa fi. §. ti. j. q̃ iste tex. nõ obstat: q; non apparet ꝙ hic mater esset pupilli ista elia. cum tex. dicat q; erat vpor testatoris, ꝛ sic poterat esse nouerca: q̃ sol. mihi non satisfacit. Primo q; diuinat ꝙ hic testator: habuerit duas vpores, ꝛ q̃ filius esset natus ex alia vpore. Secundo si ista elia fuisset nouerca, ꝛ nõ mater pupilli defuncti, q̃o contenderet cũ sub stituto. q; nouerca in substitutiõe ptinigni pupilli nũq̃ admittit. Et dicas q̃ hic erat coheres huius pupilli, vt dicit tex. ꝛ sic videbat q̃ ex iure accrescẽdi preferret. p. l. fi. §. cit. j. q; dico q; est error petio: prioꝛe q; cũ in isto text. pupillus adiuerit hereditatẽ patris, sicut expranit vulgaris substitutio, ita ꝛ ius accrescẽdi. ergo q̃ esset coheres nihil facit in ꝓposito. Tũ cõsidera q̃ licet tex. in. l. ĵ. §. eo. loquat̃ quando erat contentio inter matrẽ pupilli ꝛ substitutũ, tñ in hac. l. nõ dr cũ quo substitutus haberet cõtrouersiã de hr̃editate pupilli, an cũ ipsa elia an cũ alio. Sz dicit tex. q̃ cũ substitutio vulgaris esset simul vtriq; facta, cõprehẽdit tũ vulgarem, non pupillarẽ. Posito ergo q̃ substitutus nõ admittat̃ ex pupillari tacita, non dicit tex. ad quem spectet hereditas pupilli. Et sic si teneremus q̃ elia non esset nouerca cessaret sm obiectum. de principali articulo dicam in. d. l. precibus.

6 ¶ Ultimo nota vnũ q̃ Bar. ex clamat prio multũ singulari, c ẽst ẏbũ vile in materia substitutionũ, q; si vulgaris fiat c duabus personis simul, cum non possit fieri nisi mediante copula, ẓ vnus eorum non sit heres, non admittit substitutus, sed ad hoc vt admittat̃ substitut⁹, opz q; vter q; eorũ nõ sit heres. tũc substitutus in vtroq; admittit, ergo vult Bar. q; si vnus nõ sit heres cum substitutus non admittat̃, ergo necessario vult q̃ ali o cohereș veniat ex iure accrescẽdi, cũ alio iure nõ possit venire. ꝛ dicit ita velle gl. hic in verbo in eum. q; sic intelligebat Ja. bu. ꝛ patet q̃ gl. alleg. l. cũ quidã. j. eo. ꝛ an gl. istud velit multa dicunt Pau. ꝛ Alex. hic, quos vide. nec obstat regula. l. lucius. §. caio. ff. ad treb, vbi si fiat substitutio duob⁹, vno excluso admittit substitutus. nec requirit q; ambo excludant̃. ridẽ q̃ notabile Bar. procedit solum in vulgari substitutiõe, facta simul duobus, secus in fideicõmissaria, vel etiam in pupillari. d. §. caio. rõ diuersitatis est: q; vulgaris hz locum si heres non erit, ꝛ sic ante adirã hereditatẽ, quo casu hz locũ ius accrescendi, sed alie due habẽt locũ post aditã hereditatẽ. quo casu nõ põt habere locũ ius accrescendi. vt dicit Bar. in. l. pe. j. eod. vbi dicẽ. Puto q̃ dictum Bart. si est verũ sit. vale singulare ꝛ necessarii in materia substitutionũ q̃ simplr tenet Ange. hic, ꝛ cũ eo simplr vr trãsire Fulg. hic. Tũ caue. q; tex. iste nõ ꝓbat, nec notabile bar. põt fundari in hoc tex. Quia decisio huiꝰ tex. fundat̃ in regula ꝓposita in ꝓin. huiꝰ. l. que nõ facit ad ꝓpositũ Bart. ideo ipse met Bar. an. l. hoc articulo. ff. de here. ĩsti. dicit q̃ iste tex. nõ ꝓ d bat, tñ ꝙ dictũ est verum ꝓpter copulam d ꝛ q̃ requirit concursum vtriusq; copulati. l. si heredi plures. ff. de cõdi. insti. ꝛ sic ¶ Propter copulã. Adde bar. ꝛ Bald. in. l. j. ff. de iust. ꝛ iu. bar. in. l. his verbis. ff. de leg. iĳ. Anto. de but. in. c. ĵ. de resci. Raph. Fulg. consil. viĳ. incip. dominus Petrus lõgus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

requirit q cõditio verificetur in persona vtriusq; ad hoc vt substitut⁹ admittat: ꝛ idẽ ibi simp͂r tenẽt Jmo. ꝛ comẽ. ergo apparet q ꝑ dictũ Bar. sustinet pp copulã: ergo tex. noster nil facit q nõ fe fundat super copula. Tũ notabile Bar. Js non inueniã bene examinatũ, mihi vr quod ℨ illud multum stringat. l. pe. ff. eo, vbi dr ꝛ oĩs tenent, qõ ꝑale est ibi qñ in substõe est adiecta dictio collectiua vterq; vt ibi dicit tex. qõ tunc nunq̃ admittatur substitutus, niſi vtroq; excluſo: Ergo qñ nõ est dictio collectiua vterq; vt in dicto bar. ſola copulatiua nõ facit qõ ſit neceſſe qõ vterq; nõ ſit heres, ad hoc vt admittat ſubſtitut⁹: imo q̃ primũ vnus non ſit heres, ſubſtitut⁹ ex vulgari expreſſa ſit heres: ꝛ ſic licet teſtator ꝑpter copulã videat cogitaſſe: vt dicit Bar. ꝛ tex. ĩ d. l. pen. in verbo cogitaſſet⁹ punctus ſtatim dictiõe vterq; q; tamẽ tex. ille loquit in pupillari ſubſtõne nec aũt in vulgari in ter que eſt clara ratio diuerſitatis: de qua. ff. ideo veritas pendet ab his que dicam in. d. l. pen. ibi dicit. ¶ Gloſ. in verbo in eum. diuidit in duas. In prima declarat tex. In ſecũda opp. ꝛ nõ bene ſoluit. ꝓ o intelligentia ſecunde partis oppono contra tex. nã pluralis ſermo reſoluitur in ſuas ſingularitates. l. falſa. ff. alleg͂ata in gl. ergo dato q̃ ſubſti. vulg. ſit facta ſimul duob⁹. in hoc tex. tamen reſoluendo pluralitatẽ in ſuas ſingularitates, eſt pin de ac ſi pater de p ſe ſubſtituiſſet pupillo. Sed ſi de per ſe ſubſtituiſſet, ſub vulgari cõtineret tacita pupillaris. iuxta. l. iã hoc iure. ff. pe. ꝛ ff. eo. gl. reſpondet quod illa regula fallit hic. nec aſſignat rõnem fallẽtie. Jdeo Bar. in. d. l. falſa. ff. ꝛ in. l. pe. ff. ꝛ. l. ſi ſeruus. ff. ff. ſi quis cau. ꝛ Salice. in. l. in teſtamento. la. ff. de teſt. milit. reſpõdẽt qõ illa regula q̃ pluralis ſ̃mo reſoluit i ſuas ſingularitates: procedit qñ reſpicit diuerſos effect⁹. que ſolũ vr confundi per hũc tex. vbi ſubſtitutio reſpicit diuerſos effectus. Aliter reſpondent Bald. ꝛ Salic. hic: q̃ illa regula ꝓcedit niſi mens loquentis ſit in contrarium. vt hic ratione equalitatis ſernande. Sed plenius reſponde ſecundũ Fulg. ꝛ Paul. hic quod pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, verũ eſt eiuſde nature ꝛ cõditionis: ꝓiont erat in ipſa pluralitate. Jaſon Papie.

1 ☞ Subſtitutiones vulgares ꝛ ſic directe expirant adita hereditate.

2 Etiam fauore pie cauſe poſt aditam hereditatem non poteſt directo pia cauſa ſubſtitui.

1 **Post aditam.** †Nota regulam q̃ ſubſtitutiones vulgares: ꝛ ſic directe expirant adita hereditate: ꝛ huius eſt triplex ratio. Prima eſt pia ſm Odof. Ful. hic: quia ſubſtõ vulgaris ſit ſub conditione ſi heres nõ erit. ergo ſi ſit heres: ꝛ ſic adita hereditate cum deficiat cõditio ſubſtitutionis, neceſſario ſubſtitutio expirat. Sunt qui aliam dant rationẽ, eo q; adita hereditate bona efficiant ꝓpria heredis, adeo q̃ cẽſent ꝓpriũ patrimoniũ heredis. gl. in. l. j. ſ. veteres. ff. de acq. poſ. Sed ſi teſtator poſſet ſubſtituere poſtq̃ adiuit, ꝛ ſic poſtq̃ effect⁹ dñs, diſponeret de reb⁹ alienis. cõtra autenticã ingreſſi. ſ. de ſacroſan. Sed iſta rõne attẽta nõ poſſet ẽt poſt aditã ꝑ fideicõmiſſum ſubſtitui. ℨ iſtũ tex. i verbo directe. Tertia fundamẽtalio: ratio eſt quare poſt aditã hereditatẽ non poſſit directo ſubſtitui, ſed per fideicõmiſſum, q; adita hereditate qs efficit⁹ directo heres: ꝛ ſic directo dñs. Et poſtquã qs eſt effect⁹ heres directo, nõ põt deſinere eſſe ẽt ſi i integrũ reſtitueret. l. ꝛ ſi ſine. ſ. ℨ qõ papinian⁹. ff. de mino. gl. no. in. l. in ſubſtõne. ff. de vulg. ꝛ pupil. ſi ergo poſt aditã poſſet directo ſubſtituere, reperirẽtur duo directi heredes ꝛ inſolidũ: q̃ eſt impoſſibile. ¶ Vnde eſt q̃ poſt aditã hereditatẽ põt ſubſtitui ꝑ fideicõmiſſum: q; vnus põt eſſe directo, alĩ⁹ vtiliter. vt ℨ in toto ti. ff. ad treb. itã rõnem ſentit Bar. in rep. l. j. C. de ſacroſan. in. vj. q. v. ꝓin. vbi ꝑ hoc ſing. decidit q̃ etiã fauore pie cauſe poſt aditã hr̃ditatẽ nõ poſſet directo pia cã ſubſtitui. q; regule nõ patiunt. per. d. rõnem, q̃ aliter nũc nõ examino. iſtã rõnem ponit Ange. hic in lec. Flo. ꝛ plen⁹ in. l. ꝑcib⁹. in. j. col. ſ. eo. iſta regula fallit in milite, q̃ poſt aditã põt directo ſubſtituere: ꝛ appellat directa militaris. l. cẽturio. ff. eod. l. in teſtõ mag. ſ. de teſt. mili. ꝛ. d. l. ꝑcib⁹. ꝛ rõ eſt: q; miles põt facere que heredẽ ad tempus, ꝛ facere ꝑ q̃ ſemel fuit directo heres deſinat in totũ eſſe heres. l. miles ita heredem. ff. de teſtat. mili. Et an iſta fallentia extẽdi debeat ad Card. dix. i in. d. l. cẽturio. Scõo fallit i alĩs duob⁹ caſib⁹ poſitis in gl. ſi. Primo eſt, qñ heres adita hereditate fuit negligẽs adimplere volũtatẽ defuncti itra annũ: q̃ tũc locus eſt ſubſtitutioni. ſ. ſi vero inſtitutio. i autẽ de hered. ꝛ fal. vñ ſumiñ aut. hoc amplius. C. de fidei. Et ratio eſt, q; ꝑpter delictũ lex ꝓinat primũ ac ſi nunq̃ fuiſſet heres. Secũdus caſus eſt qõ poſt aditã hereditatẽ expirat ſubſtitutio vulgaris. Verũ eſt qñ durat additio primi heredis: ſed ſi primus heres ſit minor, ꝛ reſtituit in integrũ, loc⁹ eſt ſubſtituto: vt i gl. q: reſtitutio reponit omnia i priſtino ſtatu. l. q̃ ſi minor. ſ. reſtitutio. ff. de mino. ꝛ ſic eſt perinde ac ſi primus heres nunq̃ adiuiſſet. ꝛ plenius per gl. in. l. ꝛ ſi ſine. ſ. ſed qõ papinian⁹. ff. de minorib⁹. declarat bart. in l. ſ. j. ff. eo. ꝛ in. l. ex contractu. ff. de reiudica. ¶ Gl. in verbo directe. diuidit in tres. In prima exponit textum ꝛ allegat cõcordantem, ꝛ iſta clara eſt. In ſecunda ibi, ſed etiam in impuberib⁹ remouet tacitũ cõtrariũ. quod ſic induco. nã tex. dicit quod vulgaris ſubſtitutio facta nõ impuberibus expirat adita hereditate, ergo a contrario ſenſu vult quod ſi vulgaris eſſet facta impuberi, non expiraret adita hereditate, quod eſt falſum, vt patet. ff. l. prima. gl. voluit reſpõdere. licet obſcure, quod ideo tex. dicit non impuberibus: quia quando ſubſtitutio vulgaris ſit maiori, adita hereditate in totũ expirat: quia aliam ſub ſe continere non poteſt, ſed quãdo expreſſa vulgaris fieret impuberi, licet per additionem tolleretur vulgaris expreſſa, tamen non tollitur tacita pupillaris in ea contenta vt ſupra. l. proxima. ꝛ ſic non in totum extat. iſta eſt intentio gl. In tertia ibi. illud tamen verum eſt ponit dictum quod eſt verum. Jaſon Papie.

1 ☞ Inter inſtitutos ꝛ inuicem ſubſtitutos eſt locꝰ iuri accrefcẽdi.

Testaméto. Inter inſtitutos ꝛ inuicem crescendi. h. d. ꝛ ratio dubitandi fuit: quia ex quo teſtator iſtos heredes adinuicem ſubſtituerat, videbatur quod inuitis non deberet accrescere: quia nemo cogitur accꝑtare ſubſtitutionẽ. l. nec emere. ff. de iure delibe. vnde videbatur quod ꝓpter ſubſtitutionem eſſet in poteſtate heredũ acceptare. contrarium hic decidit. nam quod dixi ꝓcedit qñ eſt ſubſtitutio de per ſe. ſed cum hic ſit tũcta cum iure accrefcendi, ꝓpter ius accrefcẽdi inuitis accrefcit, ꝛ habetur in ſimili. l. qui patri. vbi tex. fin. ff. Bar. ꝛ omnes ibi. ff. de acqui. her. Collige tria notabilia, vt hic per Bar. quẽ vide per te. ¶ Gl. diuidit in quatuor. In prima allegat quatuor concor. In ſcõa ibi, ꝛ etiã inuitis. ponit vnũ dictũ quod hic expreſſe habetur in text. In tertia ibi, ſed ſi ſuã partem velint. limitat hũc text. principaliter timore contrarij. l. cum hereditate. ff. de acqui. her. vbi decidit ut dicto cõtra iſtum tex. ibi enim dicitur plus, quod licet alias ille q̃ ſemel fuit heres nõ poſſit deſinere eſſe heres, nec abſtinere tamẽ ſi ſunt plures heredes, ꝛ vn⁹ adiuit ꝓ parte ſua, quod ſi alius coheres repudiat partem ſuam, q̃ nedum portio repudiata nõ accrefcit heredi inuito, cõtra iſtũ text. imo illa portio repudiata facit vt ille qui primo adiuit poſſit repudiare partẽ quam ſemel adiuit. gl. dicit qõ iſta lex ℨ intelligi ſcõm illam. ſi velit retinere partẽ ſuam. ſecus ſi velit repudiare. dic melius. ꝙ ibi loquitur qñ erant plures tantum coheredes. hic aũt non ſolum erant coheredes, ſed erãt adinuicem ſubſtituti. ꝛ ſic hic erant duo vincula, q̃ magis ſtringunt quam vnum, ꝛ ſic faciũt vt nedum nõ poſſit repudiare, ſed etiã inuito accrescat. Ex quo collige per te pulchrã limitationẽ ad. d. l. cum hereditate. quam Paul. dicit ſingularẽ ꝛ mirabilem cum concordanti. vt hic per Alex. intellige etiam iſtam gl. ꝛ tex. noſtrũ, vt per Bar. in. l. quidam eulogio. in. ij. col. per illum tex. j. de iure delibe. ¶ In quarta parte ibi, ſed nunqd hoc caſu. gl. format queſtionem ꝛ reſpon. † ex qua nota quod cũ in hac. l. ſi plures coheredes eſſent adinuicem ſubſtituti, portio per vnum repudiata competit heredi duplici iure, ſcilicet iure accrescendi, item ſubſtitutionis iure: cõcludit gl. quod coheres poteſt repudiare ius accrescendi, ꝛ venire ad illam partem iure ſubſtitutionis tãtum. ꝛ effectus eſt: quia quãdo pars repudiata obuenit iure accrescendi, certe ius accrescendi accrescit cum omnibus oneribus legatorum. l. vnica. ſ. his ita. j. de cadu. tollen. non ſic eſt quando obuenit iure ſubſtitutionis: quia legata relicta ab inſtituto nõ adinuicem tũgitur repetita a ſubſtituto. l. licet imperator. vbi notatur. ff. de le. j. contrarium eius quod hic tenet glo. in. l. ſi quis heres inſtitut⁹. in pn. ff. de acqui. here. Bar. hic. cũ quo alĩ cõcordãt diſtinguit. qõ aut iſte heres acceptauit pte ſuã, aut nõ: per eus. Et ſi dicas quomodo põt coheres venire iure ſubſtõnis, niſi primo acceptet partẽ q̃ ℨ iure inſtõnis. l. q̃ cõplures. ff. e. in tellige verum qñ ſubſtitutio eſt facta nominib⁹ appellatiuis: q; tũc intelligit facta cõtemplatione prime inſtitutionis. ꝛ tunc nõ admittitur ex ſubſtitutione: niſi accepta inſtitutiõe. d. l. qui cõplures. ꝛ ibi Bar. ſecus ſit facta ꝑ noĩa ꝓpria. l. ſi tu ex pte, ꝛ ibi Bal. ff. de acqui here. cum cõcordantiis. Jaſon Papie.

1 ☞ Per pupilla. ſubſtitutionẽ ſucceditur pupillo ex teſta. ꝛ excluduntur venientes ab intestato.

2 Medio pupilla. etatis conditionaliter facta arguit pupillarem ſubſtitutionem.

b **Si testamẽto.** b Per pupillarem ſubſtitutionem ſucceditur pupillo ex teſtamento, ꝛ excluduntur venientes ab inteſtato. h. d. ꝛ cogita que ſit ratio dubitãdi in hoc tex. niſi dicas qõ de pupillari ſubſtitutione nihil erat tractatum ante hanc. l. ꝛ nota bene quod mẽtio pupillaris etatis facta demonſtratiue nõ arguit pupillarẽ ſubſtitutionẽ: ſed requiritur qõ fiat conditionabiliter

a ¶ In dictione vterq;. Aldo. l. ꝛ ideo. in. ſ. item ſi ſeruus. ff. rerum amo. ꝛ ibi doc.

b ¶ Si teſtamento. de materia ſilius. l. adde diffuſe per Barba, in. c. ragnutius. de teſta.

cõditionaliter: ideo ſi teſtator dicat ſubſtituo filio meo pupillo, ꝓ hoc non dicitur ſubſtitutio pupillaris: ſed ſi dicat ſi filius me⁹ decedat in pupillari etate talem ſubſtituo: tunc mentio pupillaris etatis conditionaliter facta arguit pupillarem ſubſtitutionem. ita Bal. in. l. precibus. in pe. col. in fi. j. eo. Jaſon Papie.

1 ☞ Tacita pupil. contenta ſub expreſſa vul. matrem nõ excludit.
2 Dicto omnino, importat idem quod omni caſu.
3 Per datio. vulga. ſubſti. pupillo tollitur ſuitas.
4 Pupilla. expreſſa matrem excludit, etiam ſi ſit cõtenta ſub compendiola. nu. j.
6 Sub expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris: dato quod mater ſit in medio.
7 Licet ſub expreſſa vulga. contineatur tacita pupil. etiam matre in medio exiſtente, tamen illa tacita pupillaris que haberet contra alios effectum, contra matrem non admittitur.
8 Tacita pupillaris excludit matrem, ſi probetur de voluntate teſtatoris volentis tacita pupilla. matrem excludi.
9 Miles non poteſt non ſolum filio ſed etiam cuicũq; maiori directo ſubſtituere poſt aditam hereditatem.
10 Compendiola ſub compedio ꝛ breuitate verborũ continet duas ſubſtitutiones: pupillarem ꝛ fideicommiſ.
11 Subſtitutio compendiola facta a pagano filio, per verba mere directa an poſt pubertatem poſſit valere iure fideicommiſſi.
12 Compendioſa facta a pagano per verba cõmunia cẽſetur omni tempore ꝛ poſt pubertatem ꝛ ante fideicommiſſaria.
13 Valet argumentum de tempore ad perſonas ꝛ econtra.
14 Compendioſa facta a pagano per verba communia, ꝓ tpe pupilla. etatis, valet iure directo, ꝓ out de iure cõmun põt valere.
15 Si paganus ſubſtituat filio compendioſe per verbum commune ſi contingat filium mori in pupillari etate, admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari.
16 Compendiola facta a pagano filio cum adiuncto quãdocunque ſine liberis deceſſerit, omni tempore cenſetur fideicom.
17 Jus patronatus eccleſie non tranſit in fideicommiſ. reſti. here.
18 Pupil. contenta ſub compẽdioſa vel breuiloqua dicit expreſſa.
19 Pupillaris contenta ſub breuiloqua matrem excludit: niſi in aliquibus caſibus.
20 Quando filius teſtat. eſt ſubſtitutus fratri: ꝛ ſic filio impuber. teſta. tunc ex tacita pupillari matrem excludit.

